Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

BALTASARIS

Del Rio Pallantini : Archidiaconi Ceſenat.
Sanctiſſimi .D. Noſtri Leonis Papæ De-
cimi Cubicularii Oratio ad eundem Do
minum nr̃m Papam & Sacroſanctum
Lateraneñ Concilium de expeditio
ne contra Turchas ineunda. ha
bita Romę in Baſilica.S .Io.
Lateraneñ in ſeptima Seſ-
ſiõe celebrata Die.xvii.
Iunii. M . D . Xiii .
Põtificatus Sui
Anno.
Primo.
✠

MAGYAR NEMZETI MUZEUM KÖNYVTÁRÁBÓL

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

Inuictiſſimo & Auguſto Principi Ferdinando Hyſ-
ſpaniarũ Sceptra teneti: Aragonũ : utriuſq; Siciliæ ac
Ieruſalé Regi catholico. Balthaſar del Rio ſcolaſticꝰ
Myndonieñ Apoſtolicę ſedis Protonotarius debitá
Mancipii reuerentiam & fœlicitatem. P. D.

ARiſtoteles Pħantium Priceps: Inuictiſſime
Rex. Caliſthené ſuũ Auditoré ad magnũ
Alexandrũ cõdiſcipulũ mittés: mõuiſſe fer
tur: ut cũ eo autꝗ rariſſime: aut ꝗiucũdiſſime loquere
tur. quo apud regiás aures: uł ſilétio tutior: uł ſermõe
eét acceptior. Xenocrates quoq; Pħus alter: Qui no
bis multa audiri: pauca uero loq licere: & ea ꝓpter du
as nobis a natura aures: & os unũ inſitũ fuiſſe aiebat.
quũ maledico quorũdá ſmoni: ſumo cũ ſilétio inter
eſſet: iterrogatꝰ: cur ſolus linguá cohiberet. Quia di-
xiſſe: me (inqt) aliqñ penituit: tacuiſſe nũq̃. Graue q
dé alterius pręceptũ: alterius aũt: ꝑclara ſñia fuit. At
ego qũ a ſilétio iucũditaté: a iucũditate ueritaté: ſepiꝰ
ꝓcul eé cõſpexerim: eſtimaui: tutius mihi fore: amicũ
hére Platoné: ſed ſalubrius Dñam & parenté ueritaté
colere. qa qñto magis ueritati ꝑſto ſũ: tãto minus are
rũ omnium opificis uia & uita ſecedere uideor. Quá
ob rem quũ in dies & in horas fama crebuerit: attro-
cioré inpñtiarum hoſtem habere xpianam religioné:
ꝗ ante hac fuerimus experti. Quem Amicis: & affi-
nibus: conſanguineis & fr̃ibus: ꝓprio deniq; ſanguini

non peperciſſe intelleximus. Nam & binos exfratre
nepotes & fratrem ipſum (nepotibus prius ſtrangu
latis) (ut S.D.N. Leoni & Sacroſancto Cardina-
liũ Senatui nudiuſtertius pſide dignas lr̃as denũcia-
tũ eſt): nuperrime occidiſſe nõ expauit. Vngarie re
gnum mox inuaſurus: cuius iá Duo emporia: regni
precipua antemuralia igni uaſtauit: quo illinc cõmo
dior ſit illi ad nos aditus. Ego uero tãto repente laceſ
ſitus infœlici nuncio: utriuſq; ſpreto phiſophi cõſilio:
licet alios hac ip̃a de re uerba feciſſe: & parũ aut nihil
ad tá ſanctũ opꝰ aios allexiſſe cõpererim: ut quemad
modũ duri cautes aſſiduo limphę tenui delapſu per
forantur: ita & incõcuſſæ audientiũ métes: (quibus
quę reipublicę nr̃ę cõducũt qñdoq; obaudir̃ mos ẽ)
repetita toties uiuida uerborũ ui: penetrẽtur: accendá
tur: incitentur. efflagitatus a maxime uenerádo Anti
ſtite. D. Laurẽtio Puccio Florẽtino fœ. re. Iulii. II. Põ
tificis Maximi: & in eius locũ ſuffecti Leonis Sancti
ſimi a datandis dictandiſq; litteris aplicis obſequẽtiſ-
ſimo mancipio: & uerę huius Ro. Curię prefulgido
ſydere litteratorũ preſidio: & deniq; abſq; adulationis
labe: bõitatis itegritatiſq; cultore optimo. & de Maie.
tua optime merito. q dũ ꝓxime exacto Anno corá ui
gili paſtor̃ Iulio ꝑfato de Dominica paſſiõe ac mortis
nr̃ę morte me cõtionanté audiret: de hac ip̃a Sancti.
in turchas expeditione orationem aliqñ habere me
coegit: nõ potui tandé in tanta rei neceſſitudine: re

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

rũq; expectatiõe: formidoloſus nõ puiſſe:ac parendo
carpti nõ tetigiſſe nõnulla de te deq; aliis xp̃ianis Pri
cipibus:qbus xp̃ianę reipub.tutãdę:ampliãdęq; curę
eſt. Inter quos qa eminẽtiſſimũ ſydus ſemp fulſiſti:
ẽt ſi ad glorię tuę emulorũ pnitiẽ Maie.tuę aſſentari
uidear:dũ uera loquor:loq nõ pudet. Nec puduit pa
riter apta uoce mutire:& in media urbis& orbis terra
rũ:ac uniuerſalis eccle.ſacroſancta area: ꝓpalã bonos
extuliſſe:defide catho.bene meritos cõmendaſſe:xp̃ia
ni nõis hoſtiũ domitores aliis p̃tuliſſe:Reliquos ue-
ro ſibi tantũ natos Principes: (ut aiebat diuinus ille
Plato) ſilẽtio p̃teriiſſe:clariſq; tuis facinoribꝰ intẽtos
ad hãc ſctiſſimã expeditionẽ maxie neceſſariã iuitaſſe
& ꝓuocaſſe. Accipe igr̃ Auguſtiſ. Princeps ſubditi ti
bi addictiſſimi: homagiiq; tibi debiti lucubratiũculã
hãc qualẽcunq;.quã corã tuo& aliorum Principũ ſo
lio te abſẽte acſi pñtẽ fuerim ituitꝰ nõ intẽpeſtiue ha
bui. & qa corã tãto cõſeſſu ineptias meas ueſane for
taſſis ꝓdere ſũ auſus:nũc in lucẽ edere:Maie.ẽt tuę eaſ
dẽ temere:reuerẽter tñ dicare nõ ſũ ueritus: ſciens in
xp̃i negocio pñtaneo:morẽ tibi geſſiſſe: & uotiue tibi
fuiſſe obſequutũ Dũ nõ immerito ab oĩbus recte ſen
tiẽtibus:regũ exẽplar xp̃ianoꝝ (ut es)& haberis& iu
dicaris:cuius ꝓpterea oẽs dei cauſã: teq; cauſę eiuſdẽ
cauſidicũ appellant:tutorẽ p̃dicãt: & eccl̃aſticę colunt
libertatis aſſertorẽ: Orõni igit̃ nr̃æ qñ qd ocii: aut cu
raꝝ uacatio acciderit Rex ſacra. intẽde ꝓſpere: ꝓcede

& regna: non iſthic tantum: ſed in medio illo orbis
terrarũ & Ioſaphat umbilico: ibiq; ubi xp̃s mortem
noſtrã moriendo deſtruxit:ubi & uitam reſurgendo
reparauit.quo ip̃m rurſus ſuprẽmũ Iudicem uenturũ
ſperamus. ꝓ acquirenda tua Iheruſalẽ: ꝓ uiſendo Cal
uarię loco: ꝓcolendo uitę nr̃ę ſepulchro. ꝓ adorãdo
(iã a Regibus fidei noſtrę primiciis adorato) preſe-
pio. caſtrametare.& ſacratam precioſo ſanguine hu
mũ deiferam tuis tentoriis fode: Extenſis autẽ in Ihe
roſolomitañ arcibus tuis aquileferis:alterã altera Ihe
ruſalem facile conſequeris. Alteram inq̃ cuius nõ pe
tra ſolidata: ſed lapis angularis eſt xp̃s.quiq; in una
crucifixus apparuit:in altera glorioſus manet in ſecu
la: Comitaberis Rex Regem glorię.conſtituet te ſu-
pra multa longe maiora q in pauca te fidelẽ & catho
licũ adinuenit. Et deniq̃ ne ꝓlixius uagari uidear:
q̃ ip̃a rei ſeries expoſcit. Tu q iter cęteros ſacro Chriſ-
mate unctos Reges ſolus catholicus (& nõ abre) nũ
cuparis.fidei catholicę ac tuũ nomen & ditionem dũ
datur occaſio (ut ſolitus es) extende:amplia: dilata:
Ne (quod deus auertat) qñ diutius oppreſſis xp̃ia
nis ſuppetias feramus: ſuppetiis p̃ſertim nobis opus
ſit: uicino iam hoſte acerrimo perterritis. Vale Regũ
optime/Diuq; uiue Regnoꝝ amęnitate fœliciſſimꝰ
Romę exędibus Reuereñ. D. mei Card. Arboreñ
nono Kaľ. Iulii ãno xp̃ianę ſalutis. M.D.xiii. Ponti
ficatus Dñi nr̃i Leonis Papę Decim Anno Primo.

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

NIHIL impoſſibile erit uobis Mathei xvii.

AScenſurus ad ſuperos unde uenerat:Ser⸗
uator noſter Iheſus.Beatiſime.Pont.Miſ
ſurus pariter Athletis ſuis Paracletũ Spi⸗
ritum:quo totius orbis accolas:aggredi:i
uadere: & expugnar̃:nõ formidarẽt.ſi ha
Math. 17 bueritis(inqt)fidẽ:ſicut granũ ſynapis:dicetis Mõti
huic:tranſi hinc : & tranſibit : & nihil impoſſibile
erit uobis.Cuius firma ueræ fidei inſtitoris pollicita
tione confiſſus:tantorum pr̃m:qui hoc ipſo in loco
ante me uerba fecerunt.Quorum ego corrigiam cal⸗
ciamenti nedum ſoluere:uerũ deoſculari:uideor mi⸗
nus dignus. auctoritatem :doctrinam:grauitatem: p̃
grandes bonarum artium & eloquẽtię torrentes ad
miratus:Nihil de hac omnium celeberrima : perglo⸗
rioſę memorię Iuliũ.II.indicta:nihil de aliis:per alios
S.tuę Prędeceſſores celebratis ſynodis(Qum tot &
tanta:tãq; luculenter & copioſe dicta ſint) differẽdũ
putaui.niſi ut iam tandem uberrimum aliquem fruc
tum:tanti ouium xp̃i ſatagentiſſimi Paſtoris:tanta
rumq; ouium fœcundus confeſſus:ex hoc ſacro Dei
ouili:fęcundet:pullulet: pariat. Et contra immaniſ⸗
ſimos fidei noſtrę hoſtes:contra xp̃iani ſanguinis ſiti
bundas feras:contra patrimonium Xp̃i Tyrannice
Ad ro.13. occupantes:arma lucis induti: xp̃ianorũ arma cõuer
tamus. Et licet Modruſienſis Pręſul in proxime habi
ta ſeſſione:& Lucenſiũ primo:florẽtis deinde Reipu.
poſtremo ſerẽiſſimi Polonię Regis:Oratores iſignes
in reuerentia tibi: & Regis ſui: & gentilium tuorum
nomine exhibita:de hmõi bello ſuſcipiendo:multa ſa
pientiſſime diſſeruerint. Quia tamen paucis tanta
complecti nequiuerunt : quin plura aliis recenſenda
reliquerit. Vt eo libẽtius comuni xp̃ianoꝝ iacturę cõ
ſulatur quo inſtantius periculum formidandum eſt:
Vtq; ea omnia(& ſi pluries repetita) Balbus ego &
hebes:ac ab omni dicendi genere immunis:paucis ab
ſoluam: Voſq; deſidioſi & ſegnes:iamiam expergiſcẽ
tes:non ingrata audire: & audita exequi poſſitis. Ga
brielis pręce ſolita:deiperę noſtrę pręſidium implore
mus. Aue Maria.

Nihil impoſſibile erit uobis.

VErberabat iam tertio cui inſidebat aſinam Ba Num, 22.
laam: Beatiſſime chriſtiani gregis animarum
Protomedice (Quia quo uellet herus:nollet aſina :
obuii Angeli expaueſcens gladiũ) iter facere. Ape⸗
ruit dominus os aſinę conquerentis: & contra nutũ
Dei uerberantis Balaæ oculos:diuino fulgore luſtra
uit:ut quod humano capite erat delicturus in Deũ :
Aſſelle uerbis: a labris Angeli iuſſa capeſſe et:iuben
tem adoraret:ciuſq; nutui pareret. Quid mirum

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

Exo.3. ergo? qd̃ qui dudũ ante locutus ē in igne: in Rubo:
& nũc in Aſina: loquatur in me Deus? & ab eo quē
rectum reris tramitē: tibi deuiare conſulat: Labia mea
p̃s.50 aperiens: ut os meum annunciet Laudem ſuã? Re-
ris profecto (ni fallor) uerum iter proficiſci: ſi iam
reſtituto & aucto beati Petri patrimonio: paccato ali
quanto Italię tumultu: compoſitis demum chriſtia-
norum principum nonnullis ſimultatibus: daretur
De electi. Turcharum rabiē exinde frenatum ire. Sed ubi peri
lib. 6. culum maius intenditur: (ut aiebat in ſacro Lugdu
neñ Cõcilio predeceſſor tuus Gregorius ut tu deci-
mus) ibi proculdubio plenius eſſe conſulendum
cenſeo. Inſtat Turcharũ gladius faucibus noſtris: &
nos eius acumini colla ſubmittimus: obrepit littora:
& ad auratos receſſus: illecebris educati cõprimimur.
depopulatur opida: uaſtat agros: graſſatur in compi-
tis: Et nos ſegnicie marceſſimus: a propriis laribus
euellimur retrudimur ad hosq extant ſacros penates.
Illi: igni: ferro: tormentis: in uniuerſã undequaq; chri
ſtianam Rempu: Nos in nos ipſos ſeuientes: illis ad
noſtrum interitum opitulamur: Nos ut parua tuea-
mus: ammittimus magna: Illi ut maiora ſibi: poſte-
riſq; ſuis: relinquant hereditatis monumenta: grãdia
queq; ſua (ne diſcordia dilabantur) flocifaciunt &
paruipendũt. Ita ut ſi inuictiſſimus ille ferdinandus:
Hiſpaniarũ ſceptra fœliciter tenens: uitę umbratilis
amator extitiſſet: tantũ Granatę Regnum: & quaſi

totam illam bethicam prouinciam: in occiduo no-
ſtro Octingentis ferme Annis a mauritanis occupa
tam: in ueri dei cultum: ac ditionem ſuam: uenire mi
nime cœgiſſet. ut quod in oriente aliorũ Principũ in
ertia: orthodoxę ditiõi per infideles obtrũcatũ eſt. Id
ip̃m catholicus Princeps: catholicę Fidei: & ſibi ip̃i in
occidente reſtitueret. Reminiſcens diuini uerbi: ſi cõ
tra fidei hoſtes: fide & Armis dimicandũ erat: nihil
formidãdũ: nihil impoſſibile futurũ auſpicabatur. Si
his igitur Armis cõtra inermes dimicandũ nobis eſt
& nihil impoſſibile erit nobis? Aggrediamur nobis
debitam ꝓuinciã: Amplectamur omniũ ſanctiſſimã
expeditionē: Irruamus in perterritos hoſtes: iam ſec
tę ſuę (ſecundũ eoꝝ Prophetiã) finē pertimeſcen-
tes: Quę ſexcentis circiter Annis poſt ſalutiferũ uir-
ginis partũ incepiſſe: & ſecundũ Aſtrorũ peritos: bre
ui finiēda eſſe perhibet: in tali aſſerētes ſigno iniciũ
habuiſſe: ut diu durare poſſe īpoſſibile ſit: aut ſupra
naturam magis: ſeu ob peccatorum nr̃orum demeri
ta: Quod ab Alionoto Regis Armenię Fratre faci-
le cõprobatur: dum in orientali ſcribens hiſtoria: eſſe
apud Machumetanos hoſtes indubiã profetiã: cuius
prętextu ad Annum Milleſimum Quingenteſimũ
a Chriſti ortu: duraturam eorum ſectam: pro com
perto aſſeuerat. In iſto obiter Centum Annorum
curriculo (quorum iam Tertium cum Decimo
ſupputamus) deleri radicitus tantum ſuperſtitio-

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

nem:ſi non negligimus (ſi ocio nō torpemus) (aut
negocio non diſſidemus) ambigendum non eſt:
Math.xi. Lex.n.& profete eorum: uſq; ad Ioannem Medicū:
Qui infecta terrarum orbis membra:abſcindet: dir-
uet: & ut Leo rugiens deuorabit. Quę omnia licet
aliter ſe haberent:q̄ futura prenunciamus. Vrget ta
men neceſſitas:impellit ratio:cogit & hortatur nos
ipſa noſtra iam imminuta res publica. Nam ante Eu
boeę & Aulonis incendium:dum Senatus Venetus
nobis arx chriſtiana & propugnaculum extitit. Mare
illud Pyratis omnibus & graſſatoribus uacuum audi
uimus:Redactis tamen in miſeram Turcharum ſer
uitutem Euboea & Aulone: liber eis ad Nos patet
Aditus: Nouit (quę loquor) ſignifera illa immorta
lis memorię Iulii.II.cathaphracta Quadriremis: ab
hoſtib9 hauddudū ꝓpe Corſicā expilata & direpta
Exptę ſūt nec multo poſt Tres alię Catholici Regis
ualidiſſimę triremes: & introcluſi xp̄iani:ſui nomi-
nis hoſtium efferatam ſeuiciem. Quarum uexillis (ꝓ
ph dolor) uelut piſces hami eſca:cęteros maria ſulcā
tes xp̄icolas: (ni deus auertit) deglutient:diſcerpēt:
deuorabunt. Senſit quę recolo fœ.re. Sixtus .IIII. q
tunc Fernando Parthenopeo Regi ſacri Collegii &
ſubditorum eccleſię cōmuni pecunia adiutus: maxi
mo terreſtri exercitu contracto: inſtructa cum apo
ſtolico Legato munitiſſima Claſſe: ſupetias miſit.
Quia traiecto ex Aulone Hadriatico ſinu: & expoſi

tis in Apuliā haud exiguis Militum copiis:tanto im
petu Idrūtem eius regionis Metropolim oppugna-
re adortus eſt quidā Mahumeti Ottomani Dux im
piger:ut paucis paulo poſt diebus tranſactis: nemi-
ne interdum ante ſuppetias Sixti ſucurrente:illam ui
ceperit: omniq; crudelitatis genere in ea ſit debacha
tus: & Archiepiſcopo Pontificalia paramenta Indu
to: cum clero & ciuibus in eccleſia trucidato: ſacris
omnibus profanatis: proſtitutis uirginibus: iuniori
bus cum pueris Bizantium in lugubrem captiuitatē
tranſmiſſis: magnam utriq; Sicilię iacturam: ſed
maximum toti chriſtiano orbi terrorem incuſſit. Nā
ſi pręter ſuppetias ipſas eccleſię: diuinum auxilium
tunc nobis preſto non fuiſſet: quo imperantis Ma-
humeti mors: & inter filios diſcordia interuenerat.
actum erat dehiis quę extāt Europę Anguſtiis: quia
formidandum nobis eſſet. ꝙ illud incendium latius
fuerat diffundendum: Sed quos ſui ipſius precioſo
ſanguine mercatus eſt Chriſtus: noluit periclitanti
bus: ſuę ſubuētionis penitus deeſſe ſubſidium.
¶ Taceo quot idem Mahumetus uiuente nūc Tur
charum Tyranno longe mitior & humanior a no-
ſtris manibus ſuo Imperio regna ſubdiderit. Nā pre
ter Pontum: Bithyniam: Capadociam: Paphlago
niam:Ciliciam. Pamphiliam: Liciam: Cariam: Ly
diam: ac Phrigiam: Regna: prouincias: urbes in-
ſignes: Totum fere heleſpontum aduſit. Peram &

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

Mithylenem Ianuenſium Colonias diripuit: Pelo-
poneſum inuaſit: Ipſiſq; Acaye: Acarnanię: Epy-
ri: Maioris Macedonię: Chriſtianis populis nō pe-
percit. Raxiam pariter & Seruiam prouincias: ac quic
quid ab Andrinopoli Samūq; & Dannubium am-
nes interiacet: ſuę ditioni aſcripſit: & a noſtra ab-
ſtulit. Vallachi ea propter timore perculſi pro maiori
parte ad ipſum defecerunt. Boſinam poſt modum
obrepens: uelut horrenda tempeſtas: cerue reis fauci
bus exhauſit. Vſq; adeo ut ſenes & Infantes (Quo
rum etati indulgendū) fœminas (quaꝝ ſexui natu
rę Lege parcendum erat) cęteroſq; locoꝝ incolas: in
plateis concathenatos: ceu boues euiſcerari: mactari:
dilacerari: canino rictu npharie iuſſerit. Illinc Sy-
nopem & Trapezūdam ueɩuſtas: noſtrorum monu
menta maiorum: ſuę feritati ſubegit. Ipſam deniq;
Bizantiū: Conſtantini urbem Auguſtam ſub fide
fœderis quieſcentem (ac ſi ab infidelibus fides: ab
immaſſimis pietas: a perfidis hoſtibus: uita ſperanda
eſſet) machinis & Tormentis: extemplo & inopina
te cppreſam uicepit. eiuſq; uniuerſa plebe uenunda
ta: & in attrociſſimam ſeruitutem ſubacta: expugna
uit: diripuit: aduſit. Et ut nobilitatem omnem pe
nitus deleret: ac indigenę nobiles: Xp̄i Milites inge
nui: ſub ficta libertatis ſpe fruſtrarentur: Seuus ille
Canis eoſdem iam libertate donatos: repente obtrū
cari precepit. NOSTRA. Noſtra inq̄: hęc non

proauoꝝ tempeſtate accidiſſe cōperimus: & ſi iā iam
per charitatis Alumnū maximeq; reuereñ. Vngarię
Card. Quē interea & Sctiſſime qdē: p te & Sacroſan.
iſta ſede: omnium Sanctiſſimę legationis officio fun-
gi ſtatuis: Imminens Turcharum Imperatoris pcel-
la non retunditur & propulſat. Vereor Pater Beatiſſi
me: uereor Patres ampliſſimi: ne dū abſenti hinc Vn
garię & Pollonię calamitati non conſulitur: nr̄atum
preſentaneā formidemus: immo (quod abſit) deplo
remus: lamentemur: patiamur: Sed quid in externis
(ut ita dicā) enarrandis tēpus contero? Qui ſi noſti
Pater Beatiſſime Coclearium opidum Valentini Lit
toris. Capritanum Caſtrum Arboreñ Marchiona-
tus: & alia utriuſq; heſperię & Inſularū maris noſtri
maritima loca: ni noſtri nominis hoſtes Circum-
uentores & Pyratę propalam aſſidue depopulantur.
Penſita oro: quanti te: quanti Sacroſanctam iſtā Se
dem: quanti faciāt cęteros Chriſtianę reipublicę pri
mores inteſtinis bellis laborantes: qui noſtri uſq; do
minii precordia penetrare non expaueſcunt? Quo-
rum contagioſam peſtem ſi per Africe fines Fernan
dus noſter: non compeſcuiſſet: rruiſſent enimuero
in nos & ceu dudum fecerunt: huic ſacrę Lateranenſi
Baſilicę igni ſuppoſito tunc dilapſę: nunc minime pe
perciſſent. Nouerunt tamen eius potētię Scintillam
Melhila Auranum Buſia Tripolis Ciuitates per-
pulchrę Mazarquibir & alii portus celeberrimi. Qui

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

bus Rex ipſe: alter Hanibalis Annulus: nobis uero noſtri & Romani Sanguinis uindex & ultor eſt. Ladiſlaum etiam Vngarię regem Sereniſſimum Chriſtianæ religionis athletam & Ducem ſtrenuum (ne ſilentio pretereamus) Suis tantum regni primatibus cõmitatum: innumeram ſæpe hoſtium multitudinem: aut ꝓfligaſſe: aut dum noſtra ambire ſtudebant: ſua propria reliquiſſe: tergaq; & uitam noſtrorum manibus ſępius dediſſe: non dubitamus. Emanuelem pariter Luſitanoꝝ Regem: fidei noſtræ ſydus ꝑclarũ: Orientis uiſcera nr̃is a Gadibus uſq; Auroram & gangem penetraſſe: fidei expertes Vexillo crucis inſigniuiſſe: Paganas gentes domuiſſe: in ditionem noſtram uenire coegiſſe: nemo noſtrum ambigit. Sigiſmundum pręterea Poloniæ Regem: aſſiduum & acerrimum infidelium domitorem: contra Tartaros & alios hoſtes conuicinos dimicantẽ: maximam reportaſſe uictoriã: perennis me. Iulio .ii. & ſacroſancto huic Collegio: cuius tu ꝓcipuus Archidiaconus: & colendus collega tunc exiſtebas: denunciatum eſt. Quo in conflictu ſupra quadraginta hoſtium millia cęſa fuiſſe: pro cõperto habemus. Et ſi (o utinam) iam datũ eſſet: ſolam tantoꝝ Principũ manũ: in ueros hoſtes conuerti potuiſſe: crediſſem profecto de te Leo Max. eorundem Regũ impenſa illud prophetici Pſalmi dictũ. Dñabitur a Mari uſq; ad Mare & a flumine uſq; ad terminos orbis terrarũ:

coram illo procident Etyopes: & inimici eius terrã lingent: & adorabunt eum omnes Reges: & omnes gentes ſeruient ei.

¶ Tu uero qui ſummi Dei geris uices in terris: qq; xp̄i tunicam: ſciſſuræ iam proximã: inconſutilẽ (ut erat) ꝓſeruaſti. Vniuerſaliſq; eccl'iæ cardines & Principes (ut olim manus dñi Apl'oꝝ principem: a fluctibus ne mergeretur erexit) Tu quoq; in hac lachrimarum fluctuoſa ualle: ne diſſentionis turbine obruerentur: erexiſti: euocaſti: oueſq; ipſas tuas uocẽ tuã audientes: Paſtoris boni ueſtigia & uerba ſequutus ad te traxiſti: qñquidem dudum ante ouis exiſtens: ꝓdicebas. Cũ exaltatus fuero. oia traham mecũ. Traxiſti inq̃ dñe oia ad te: qñ quæ aberant ab ouili oues: iã Paſtor effectus attrahis: foues: amplexaris: ut uilicatiõis tuæ rõem redditurus: dei uerba dicas deo: Quos mihi dediſti nõ perdidi ex eis quenq̃. Attrahe pariter & conuoca Religionis nr̃æ ſeculares principes. Cõpone eoꝝ ſimultates: largiantur te duce unius ſaltẽ Triennii ſctiſſimas indutias Deo: quę mediocri Amico etiã nõ efflagitanti darentur: ut rixis tandem particularibus ſedatis maius & ualidius copiaꝝ corpus efficiamini: quia nullũ robur tam firmũ atq; ſolidũ: quod diuiſum nõ debilitetur: nõ cadat: nõ diſſipetur. Ignis in ſtipites ſegregatus extinguitur: domus in lapides diuiſa corruit: Nauis ĩ tabulas diſciſſa demergitur: omne regnũ in ſe ipſum diuiſum (ut aie

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

Luc. 6. bat Legiſlator noſter) deſolatur : Xp̃ianis etiá prin-
cipibus inter ſe diſſidentibus: ꝓlabitur funditus xp̃ia
na religio : & deniqꝫ nihil eſt : quod concordia non
conſtet: cadat diſcordia : Pariat ergo concordes aíos
concors fides : & concordibus mēbris te ſanctiſſimū
amplexantibus caput: expergiſcere in Dei ſubſidiū.
Ps.44. Obliuiſcere populum tuū : & domū patris tui . Exci
Ps.79. ta : excita dn̄e potentiam tuá : & ueni . Succurre mi-
ſeris exploſis xp̃icolis qui te preſtolantur. Conſule re
Tren.1. natæ labenti religioni : quia omnes amici eius ſpre-
uerunt eam & non eſt qui conſoletur eam ex omni-
bus charis eius. Audi dn̄m: qua te de cauſa in hunc
terrarum orbem miſerit : & delendæ pręſertim Ma-
humeticæ ſectę tempeſtate : oues ſuas tibi crediderit.
Eſáye.61. Vt conſolarer (inquit) omnes lugentes Syon & po
nerem conſolationem lugentibus ſyon. Tuo nempe
Hiere.31. gladio fretus conuertam ait luctum eorū in gaudiū :
& conſolabor eos : & letificabo a dolore : Hac ppea
Heſt.13. ipſi fide ſecuri: conuerte (clamitant) luctum noſtrū
Tren.1. in gaudium : nam uiæ Syon lugent : quia non ſunt
qui ueniaut in eius leuamen: & ipſa oppreſſa eſt ama
ritudine. Tria enim hoc uno non dum exacto anno
ut hanc conſolationis ſpem iam breui complendam
facilius crederemus & intueremur : operata eſt in te
dei omnipotentia maximi : diue Leo. Mirabilem pri
mum tuam mediis ab hoſtibus libertatem: non ho-
minum ſed dei manu donatam . Deſperatam alterū

in proprios lares & patriæ amplexus : reductionem
& receptionem. Reliquū quod nō ab re niſi (ut ego
ipſe uidi) uidi inq̄ imeritus : uidi : & q uidit teſtimo Io. 19.
nium perhibuit : & ſcitis pr̄es quia uerū eſt teſtimo-
nium eius : ac uere diuina prouidentia factū cenſen-
dum eſt. Quod te ſacerrimus iſte Senatus : ex tot tan
tiſqꝫ patribus: tibi ętate maioribus : meritis & uitę in-
tegritate paribus : Iuniorem in Senem : fratrem (&
ut ita dixerim) filium in patrem : Collegá in dn̄m :
in Petri ſucceſſorem : in ſummū ſacerdotem : in xp̃i
Vicarium : elegerint : aſſumpſerint : adorauerint: ut
hanc ſcilicet ſanctam prouinciam aſſumeres : aſſum-
ptam proſequereris : & longo ſaltem temporis inter-
uallo : longeuus perficeres : perfectá pacares : & xp̃ia
no dogmate inſtitueres . Ac ceu Leo Rex quadrupe
dum . Tu alter Leo : hominum non alter Rex tm̄ :
ſed Regum Rex & orbis terrarū Monarcha effectus:
Alias oues (quas habes) quę non ſunt de hoc ouili Io. 10.
ad tuum ouile reduceres : alliceres : reuocares. Accin Ps.44.
gere ergo gladio tuo ſuper fœmur tuū potentiſſime .
Nam & tu duos gladios habes : ſpiritalem ſcilicet & Lucę. 22.
temporalem : Altero igitur euaginato : altero in ua
ginam repoſito: in hoſtes irrue: quia nihil impoſſibi Math. 17.
le erit tibi . Vinces profecto : quia uicit Leo. Aggre Apoc.5.
dere certamen gloriæ : ubi qui legittime certauerit : .1. Thim.6
coronabitur . Diſſolue compedibus mancipatos: aſ-
ſere pedicis aſtrictos : aufer uinctis manicas : audi

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

noſtroꝝ lugubres ullulatus : excogita miſerandos ge
mitus : Penſita lachrimaꝝ & ſanguinis profundos
torrentes : perpende flebiles ſingultus: Volue tecum
animo : quot nefandas ſtrages : quot ſanguinolētas
cedes : quot incendia : quot excidia xp̄ianoꝝ : quot
dei noſtri templa : incenſa : diruta : prophanataq́: &
ceu proſtibula ſpurcata exiſtima: Miſerere noſtrę xp̄i-
anę reipublicę hanc ſacram Sinodū appellātis:uoci-
Io.19. ferantiſq; Miſeremini mei :Miſeremini mei: ſaltē uos
Amici mei.Fer illis opē : diſcerpe ergaſtula: uendica
captiuos: Manūitte cōcathenatos. Ecce te iuitat Rex
Ps. 2. Propheta:Dirūpamus(ait) Vincula eoꝝ:& proiicia
Math.xi. mus a nobis iugū ipſorum :deduc eos ad tuum & do
Ps.90. mini iugum ſuaue: quia cadent:cadent enim a latere
tuo mille : et decem millia a dextris tuis.Et unum in
terea excogita pontificū Fęliciſſime: Si nunc atrociſ-
ſime Turcharū ſiti minime obſimus:quo i ſtatu nos:
quo in ambiguo poſteros noſtros ad has Europę ri-
mas compreſſos:ſumus relicturi.Et ſi nihil impoſſibi
le erit nobis. Contra patrimonium Xp̄i occupantes
Contra fidei noſtrę hoſtes:Cōtra inimicos crucis:ar
ma ſumamus.Adquod etiam electionis uas nos hor
Ad Phil.2 tatur dicens:perſequimini inimicos crucis: quorum
finis interitus eſt.Si ergo interitus? Audeamus certa
Pauli ſponſione ſecuri. Tuq; Beatiſſime Pontifex.
(Quem item ſacroſancta hęc Synodus appellat:ob
teſtatur:& in prophetę uerbis proclamat : Tu es qui
reſtitues hereditatem meā mihi:Cuius ductu & auſ- Ps 15.
picio xp̄iana religio reuiuiſcit) Nitere ut (te duce)
qui bonitate inſignis:ſapientia precipuus:prouidētia
circumſpectus. prepotens armis: Anctoritate grauis:
Conſilio& rerum experientia pollēs:xp̄ianę reipubli
cę Primas & caput es.ſit una fides:unum baptiſma: Io.10.
Deniq; ut es unus Paſtor:ſit unū ouile: Vt hac orbis Eodem.
machina (ſub illius qui paſtor bonus eſt) Bacillo:
Fide: et ditione introducta . Quam ipſe mercedem Math.5.
copioſam in cœlis:pro fidei noſtræ retributione ſpo-
pondit :eam ipſi operibus aſſequamur. Dixi .

Romæ Impreſſum per Iacobum Mazochium Die
octaua Iulii Anno Domini .M.D. XIII.

DEO GRATIAS.

FINIS.